

CVNALDVS PRAESVL VIENNENSIS.



Cvnaldus eruditione & pietate cōspicuus S. Rudperti discipulus extitit in urbe Laureensi. Itaque postea ad Auares missus, ut religio-
nem intermissam restauraret, & Euangelium Chri-
sti gentibus annuntiaret. Id quod ipse magna dili-
gentia præsttit, atq; Fabianensem sedem restituit.
Postea Cunaldus ædem in Fabianis excitauit, at-
que Auares crudelem gentem eo tempore uerbo
Dei mansuetiorem multò reddidit. Cum hoc mo-
do magna dexteritate diu præfuisse, tandem mor-
tuus & ibidem sepultus est. Verùm postea Auares
ad pristinam impietatem relapsi, aliquandiu presu-
libus caruerunt, donec tandem Sodomus sub Pipi
no rege Francorum ijs in locis successerit. Vu. Lazius in rerum Viennens. li. 2,